Noverint universi Quod Ego Caterina uxor vener. honor. Ludovici de Roncesa militis in civitate Barchinone domiciliati que primo fui uxor ven. Francisci Ferrarii quondam
mercatoris civis dicte civitatis / tenens et possidens certis et iustis titulis domum sive turrim vocatam de Vilasohan sitam in Bitana Gerunde cum omnibus et singulis
terminis / territoriis / censibus redditibus / hominibus et feminis ac aliis suis iuribus et pertinentiis / Necnon quedam censualia bladorum que recipiuntur quolibet anno certis terminis super
molendinis de Virginibus et de Belayre diocesis Gerunden. / Que omnia ———— supradicta fuerunt honor. Bugarii de Pontos quondam militis in dicta Bitana domiciliati
Grans et expressa sua consensu et ordino procuratorem meum certum et specialem vos eundem Ludovicum de Roncesa virum meum hiis presentibus videlicet ad gubernandum regendum et
administrandum predicta domum et dicta censualia dictorum bladorum / Necnon petendum exhigendum colligendum recipiendum et habendum pro me et nomine meo dicta censualia bladorum
quolibet anno suo termino / et omnes et singulas pecunie quantitates res bona census redditus exitus proventus decimas partes expletorum tascas laudimia foriscapia et alia quelibet
bona et iura / que michi debentur et debebuntur / fiuntque et prestantur et deceterò fient et prestabuntur ratione dicte domus de Vilasohan tam / per quoscumque vassallos
emphiteotas terratenentes ac alias quasvis personas cuiuscumque conditionis sint seu existant / Item ad arrendandum seu locandum predictam domum sive turrim cum omnibus suis
iuribus / et dicta etiam censualia bladorum / quibuscumque personis illis pretio preciò seu logerio ac ad illud tempus et sub illis conditionibus quibus vobis bene visum fuerit / Item ad
stabiliendum et in emphiteosim dandum et concedendum illi persone seu personis / Intratis censibus seu annuis prestationibus quibus vobis videbitur / Quascumque domos
mansos terras nemora honores et possessiones termini seu territorii dicte domus / et que pro dicta domo et per pro me tanquam domina eiusdem domus teneantur /
Exceptis quodam molendino dicte domus / et aliis terris honoribus et possessionibus que sint seu existant de gleba et pertinentiis dicte domus sive turris / de quibus
nullas concessiones in emphiteosim facere valeatis / Et novos emphiteotas in possessione inducendum / Necnon firmandum dominii ratione in quibuscumque instrumentis in quibus
firma et consensus mei requiratur / Salvo tamen semper in omnibus et per omnia iure meo et meorum / faticas utendum / tam in dando et concedendo quam in retinendo
Et iusta sive cartas precarias seu novas laudationes / faciendum et firmandum meo nomine et pro me / Et de predictis omnibus et singulis que nomine meo receperitis / apocam et apocas fines diffinitiones et quovis titulo cessiones / ac alia quecumque iusta ad predicta omnia et singula quomodolibet necessaria et opportuna
meo nomine et pro me faciendum et firmandum / Et pro predictis et eorum occasione si opus fuerit in iudicio seu extra quibuscumque curiis iudicibus et personis tam
ecclesiasticis quam secularibus comparendum / Querelas quascumque proponendum et audiendum / Defensionesque meo dicendum / lites super bonis meis firmandum / Et inde ea
obligandum / Agendum quoque et respondendum / deffendendum excipiendum proponendum et replicandum / Libellos petitiones et demandas dandum et offerendum
Lites etiam contestandum / De calumpnia et aliter in animam meam iurandum / et ex adverso iurari petendum / Testes instrumenta et alias probationes producendum et
publicandum / Et ex adverso producta obiciendum renunciandum et concludendum / Et omnia que in lite requirantur faciendum / Sententias cuiuscumque generis fuerint audiendum
iudices si vobis videbitur apellandum reclamandum ac etiam supplicandum / Apostolos petendum et recipiendum / Et ipsas apellationes reclamationes ac etiam supplicationes prosequendum
et finiendum / Et expensas que pro parte mea fecerimus petendum / Et expensarum debite temperari faciendum / Et sufficiens responsum in iuregium petendum
et etiam obtinendum / Protestandum quoque et requirendum in iudicio et extra / Et protestatis et requisitis ex adverso respondendum et replicandum / Et empcas
sequestraciones ac alias oppositiones pro me et nomine meo faciendum et apponendum seu eis renunciandum / Et ad predicta omnia et singula / procuratorem et procuratores
unum seu plures substituendum et revocandum / Et generaliter omnia alia et singula inde et super predictis et circa ea pro me et nomine meo faciendum et
libere exercendum / Que necessaria ad hec utilia fuerint necessaria ac etiam opportuna et in eis fieri requiratur / Que ego etiam ego possem si eis personaliter adessem
Et insuper volens vos dictum procuratorem meum et substituendos a vobis / super premissis relevare ab omni onere satisdandi / Fideiubendo inde pro vobis
promitto vobis et notario infrascripto tanquam publice persone / pro vobis et pro aliis etiam personis omnibus quarum interest legitime stipulantibus /
iudicio sisti iudicatumque solvi cum suis clausulis universis et me semper habere ratum gratum et firmum / quicquid per vos dictum procuratorem meum et substituendos
a vobis inde et super predictis et circa ea pro me et nomine meo procuratum et actum fuerit sive gestum / et nullo tempore revocare sub bonorum meorum omnium
obligatione / Actum est hoc Barchinone / prima die mensis Octobris / anno a nativitate domini Millesimo Quadringentesimo Septuagesimo Quarto. Sig+num
Caterine predicte / Que hec laudo et firmo.

Testes huius rei sunt / Anthonius Folgueres calsaterius / et Melchior Roig cives Barchinone.

Sig+num Johannis Miravet regia auctoritate notarii publici Barchinone / Qui hec scripsit et clausit.

P. 57.

Perg. 176

A. mosſ bo ß de roma
ga dada el carell
de ꝑ ros